



Vacandum Studiis.
Ex Bibliotheca
VALENTINI SCHLIEFF
Gedani.

Henrici Nicolai

1. Oratio de Protervia quadam Philosophica.
2. Miscellanearum Exercitationum Decades III.
3. Gymnasium Ethicum.
4. Irenicum sive de differentiis Religionum conciliandis
Com̄entatio.

D. O. M. A.

# GYMNASIUM ETHICUM.

E Decade III. Miſcellaneorum maximam partem excerptum, contractum, ut ejus velut Epitome eſſe poſſit.

*Univerſas morales materias ordinatè complectens, & breviter repræſentans.*

Diſputationibus quibusdam in Gymnaſio Gedanenſi ordine decurſum, quarum Index verſâ pagellâ exhibetur.

*Authore*

HENRICO NICOLAI,

Phil. ap. Gedanenſes Profeſſore.

DANTISCI,
Typis Viduæ GEORGI RHETI exſcriptum.
Anno à partu Virginis Matris
M. DC. XLIX.

# INDEX.

*Disputationum hic contentarum.*

## LECTORI BENEVOLO S.

CVm constitutum cujuis disputationi in hoc Tractatu sesquiduernionis spatiũ, non semper materias thesiũ universas haurire potuerit, manserunt residua de unâ alteravè disputatione, quæ pro materiæ completione hic subnectere visum fuit. B. V. Lector erudite, & his fruere.

Ad *d. 6. t. 18.* sequentia adde.

*Dispensatio* à superiore fit, *declaratio* sæpiùs à subdito. *Illa*, cum lex obligare debet, *hæc*, cum non obligare putatur. *Illa* circumstantias retinet, *hæc* mutatas indicat. *Laxè* & impropriè in eâ dispensari dici possit. Obligatio etiam alia absoluta, alia comparata, & sub certis circumstantiis est. Sic, non occides, privatâ authoritate nempè, & extra casum necessariæ defensionis.

Ad *d. 9. t. 18.* Pro verbis, Gualandus & Keckermannus, legito, Gualandus ap. Keckerman. Sic enim in *Dec. 3. d. 6. t. 10.* extitit, unde hæc transsumpta. *Postea ad voces, non specie, adde:* Nisi modum illum *in objecto*, magnum honoris, *& subjectum*, quod hic homo publicus, amplus, eminens, pro speciei discrimine acceptes, ut quidam solent, & per analogiam de Magnific. *t. 13. 14.* dictum. *Oppositum Mod. Immodestia est*, quæ *& excessu*, cum nimij & incompetentes honores appetuntur, unde ambitio, superbia, fastus, fastuositas. Sic Cæsar nimios honores recepit. *Sueton. Cæs. C. 76.* Sic cum in vestium materiâ, formâ, modo, conviviorum apparatu, exceditur: *Et defectu* committitur. Cum etiam decens honor respuitur. Sic Carolstadius non doctor, sed Nachbahr Andres/ vocari voluit. *Hunnius d. erroribus.*

*vorib. Anabapt. t. 64.* Et qui gradibus Academicis iniquiores sunt, ut iidem *Anabaptistæ*, & ex Reformatis *Zuinglius, Gualtherus*, alijq;.

Ad *d. 11. t. 17.* sequentia adde.

Sic graviùs peccat servus in herum, filius in patrem, subditus in proprium Magistratum, Consiliarius in principem prodendo, quàm in ignotum & exoticum; graviùs publicus privato, quia *exemplo plus nocet. Sic eadem pœna Physicè, moraliter diversa esse potest, quia graviùs damnum uni, quàm alteri, infert.* Sic monoculo, monauri, monopedi, oculū eruendo, graviùs eum lædes, quàm binoculo, & bipedi, ille enim planè excœcatur, & motus impos redditur, hic non. Sic nequā delinquens fustigatur; virtuosus loco & statu movetur. Liber fustib. cœditur, & servus flagellis cæsus Domino redditur. *ff. d. pœnis L. 48. t. 19. l. 10.* Sic circumstantiæ multum in facto variant *d. 3. t. 7. 8.* Ut hic, *Quantum, quale, Scelusq;, ætasq;, scientia, sexus, conditio, tempus, locus, ista modusq; tenentur.* Item *proæresis, intentio, iteratio, & objectum*, multum in Crimine variant. Sic voluntarius homicida etiam ab altari abstrahendus, *Exod. 21. v. 14. Deut. 19. v. 11. 12. Num. 35. v. 31.* Sed casualis asylum habuit, quo fugeret, *c. l.* & *Num. 35. v. 11. 22. 23.* Mitiùs ex perturbatione peccans, & nobilis, virtuosus, punitur, quia minor proæreris præsumitur, cum in vitioso major. Sic herus servum occidens aut membrum corrumpens à communi pœnâ eximitur, *Exod. 20. v. 21. seq.* Interdùm necessitati, tempori, publicæ utilitati, peculiari clementiæ cedendum. Sic David Joab & Simei non statim occidit, sed Salomoni commendavit, *1. Reg. 2. v. 5. 8.* Ubi Justitia æquitate temperanda venit.

*Plura*

*Plura Dec. 3. d. 8.* *An capitalia supplicia in N. T.* irrogare, aut per Magistratum *injuriam vindicare liceat*, *d. 12. t. 8.* videbo. *Furti pœna* an in N. T. capitalis esse queat, quæritur? Negant enim ex *Reformatis* quidam, *Anabaptistæ, Photiniani, Weigeliani, & Paracelsistæ* in communi. Quoddam tale est, ut plagium, sacrilegium, quoddam naturâ sui non tale, ut furtum simplex, etsi ex circumstantiis tale fieri possit. De quo judici in particulari videndum.

18. *Ex modis Just. publica & privata*, secundùm quosdam & *divina*, DEO debita, & *humana* est. Illa alterius fori est, non Ethici, *d. 4. t. 14.* *Effectum ejus jus est, præceptum in societate humanâ homini à rectâ ratione præscriptum.* De eo *d. 6.* quædam. *Oppositum injustitia est, vitium morale, mediocritatem moralem in usurpatione rerum externarum violans.* Facitq; injustum esse, etsi & iujustè agere citra illud liceat. *V. d. 3. t. 12.* *Inferri & volenti potest*, si voluntas non recta sit, ut Melancholico, aut peculiariter se subjiciens, ut Martyri. Sic Christo in passione: *Et excessu*, nimio rigore, de quo, summum jus summa injuria, valet, *ac defectu* constat, justitiæ omissione ac violatione. *Plura c. l.*

Ad *d. 12. t. 15.* adde.

*Iracundia est vel excandescentia, vel amarulentia*, asperitas, implacabilitas. Lentitudo est generalis & specialis. *Quænam deterior, iracundia, an lentitudo*, quæritur? *Iracundia* turbulentior, magis beluina, fera, & noxia, magisq; mansuetudini opposita, *Lentitudo* magis impertinens, homini inconveniens, & ad agendum ineptior est, ut rectè dictum, Malè vivitur, ubi nihil, sed pejùs, ubi omnia licent, Et magistratus in malos lenitas est in bonos crude-

litas. *Stoici* eam inducunt, cum sapientem nullo moveri, & sine affectu esse volunt. Cum ira ut affectus, non ut habitus, rectiùs ei concedatur, ut alibi docetur.

Ad *d. 13. t. 16.* adde.

Actus enm *semivirtutis* cum luctâ, flexu ad oppositum, difficultate, molestia, & tœdio peragitur, cum *virtutis* actus plenus, promptus, facilis, sine luctà, tœdio, & molestiâ sit.

Ad *d. 15. t. 16.* sequentia adde.

Cognata Amicit. omnes Spirituales am. Collegia, Conventus, Societates, & similia, quæ & ipsæ ejus diversa sunt, *c. l. t. 18. Contraria ejus primaria* sunt, ut inimicitia, odia, jurgia, rixæ, contentiones, inæqualitates morum, humorum, amorum, studiorum, *& secundaria*, quæ *defectu*, ut ἀφιλία, amicitiæ neglectus, ut *Stoici* quidam, *Chrysippus*, *Stilpon*, *Timon Atheniens.* Eremitæ, solitarij, frigidi, *& excessu* constant, ut πολυφιλία Seu multiamicitia, & amic. projectus, *t. 12.* Ubi omnium aut multorum amici sumus, quod distractionem omnium importat, & illud vulgatum reducit, Nullius est, qui omnium amicus esse cupit. *V. t. 12.* Exempla *Zvingerus Vol. 13. & 20. Beyerling. in Polyan. alijq.* habent. *Item, quæ indirectè* ei adversantur. *Vt è naturalibus*, surdities, cœcitas, mutitas, insania, longa absentia: *E moralibus*, ut statuum diversitas, superbia, de quâ proverbium, *Mons monti non miscetur*, dissimulatio, assentatio, mendacitas, querelæ, & similia. *V. t. 24. c. l.*



